

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XVII. Tunicæ veterum Monachorum frequenter pelliceæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

150 DE VETERE CLERICORVM

In Notis ad lib. 1. d. Cruce cap. 8. *Nicephorum Gregora . qui sic de Andronico Imperatore monacho nouello, supernè rubrum prætulit diuinæ crucis signum, infernè nigrum. Duas diuersi coloris cruces videtur dicere. Ita ille ex quo addo, non tantum in veste, sed & manu Crucem tulisse. Testantur idipsum S. Anthonij imagines. Atque huc usque durat is mos apud monachos Aethiopas, siue Abyssinos, ut ex Damiano Gomez retulit Lipsius.*

C A P V T XVII.

Tunicae veterum Monachorum frequenter pelliceæ.

Fuit verò Tunica veteribus monachis frequenter pellicea, sæpius cilicina. Pellicea melotem vocarunt, licet enim melotes propriè ouillam pellem significet, per catachresim tamen ad cuiusvis animalis exuum extenditur. Sunt tamen qui existiment ita vocatam ab animali quod meles vel melo nominatur. Ita docuit Isidorus

dorus & secutus est S.Thomas. De mele
 loquens Gesnerus, *Est mele non alia qua-
 drupes (inquit) quam quæ recentioribus Ta-
 xus vel Tassus. Melis dicta ut aliqui volunt
 quia mellis audiſſima.* Aliqui idem putant
*cum eo quod vulgus fouinam aut marturel-
 lam appellat, magnitudine vulpis, cute ſpiffā,
 villoſa, ſed duris villis : pilo tegitur magis
 albo quam nigro : Ita ille.* Parum tamen
 interest à cuius animalis exuuio melotes
 nomen sortiatur, nobis ſufficit veftem
 fuiffe pelliceam. Dederat de eā Mona-
 chis exemplum Elias ac pallij eius hæres
 Elizæus, ; de quibus Apostolus. *Circuie-
 runt in melotis, in pellibus caprinis.* Dede-
 rat & Iohannes veftitus de pilis camelolo-
 rum. Cauſa eis duplex fuit, pauper-
 tas & austeritas. De paupertate docuit
 Philo, vbi ſcripsit, Rusticos & pauperes
 viatores, quibus neceffe erat quando-
 que ſub die pernoctare, vſos veftimento ex
 pellibus confeſto. De austeritate docuit
 Iohannes, qui in eum finem *tortuifſimi
 animalis veftitur exuuijs, ut typus effet
 panitentia*

*Iſ. d. Ely
 moll. l. 19
 D.Th. ad
 cap. 17.
 ad He-
 braeos.
 Lib. 1. de
 animal.*

152 DE VETERE CLERICORVM
ad loca penitentiae prædicanda, inquit Hierony-
de insti-
tut. filia. mus.

C A P V T XVIII.

Refelluntur Sectarij. declaraturque pluribus
exemplis capitis superioris doctrina.

Lvdunt enim nouatores quando vo-
lunt Iohannem vsum ueste homini-
bus montana incolentibus consuetâ. Re-
Serm. de
natiuit.
Io. Bap. Etissimè enim de eo dixit S.Bernardus. Ve-
nit Iohannes neque manducans, neque bibens,
utique nec uestiens. Sicut enim non est locu-
sta cibus, nisi fortè animalium irrationali-
bium, sic nec pilus cameli humanum est indu-
m̄etum. Ridiculus verò Daud Cythræus,
cui Iohannis cilicum uestis vndulata est,
germanicè, **Chamelot**. Heus bone vir,
Iohannes in Eremo est, qui autē pretiosis
vestiuntur in domibus regum sunt. Vestis
Plin. l. 8.
cap. 48.
Var. l. 1.
de vita
pop. Ro-
man. vndulata quandoque è lautissimis fuit,
auctore Plinio. imo regia teste Varrone.
Aliter sensere S.Patres, quibus ideo pilis
camelorum Iohannes uestitus, ut habitus
ipso